



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nuclevs Casuum Conscientiæ Sive Brevis Notitia Eorum  
quæ scitu vel necessaria, vel valde utilia sunt  
Confessarijs in primo ingressu ad audiendas Confessiones**

**Agostini, Giuseppe**

**Coloniae Agripp., 1644**

De Scandalo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41767**

spirituale; licet, similiter desiderare ma-  
la temporalia, & mortem inimicis Fi-  
dei, aut iniustis hostibus Republicæ; li-  
cet, propter bonum publicum: quia sunt  
iniusti aggressores, & persecutores. Item  
complacere sibi in aliquo bono, conse-  
quenter ad malū alterius; potest esse li-  
citū; ut cùm quis complacet sibi de hæ-  
reditate consecuta ob mortē patris, vel  
fratris, nō tamen de eorum morte. Item  
complacere sibi de malo alterius, quia  
iuste illi fuit illatum, aut quia hæc fuit  
voluntas Dei; non est peccatum: sicuti  
odio habere malitiam, & vitia, & pec-  
cata alterius, non autem personam, non  
est malum. De odio lege Filiue tom. 2.  
tr. 28. c. 8. Bonac tom. 2. disp. 3. q. 4. qu. ulta.  
Shar. de Fide tract. 3. disp. 6. sect. 2.

### De Scandalo.

**A**D hoc etiam præceptum re-  
duci potest homicidium spiri-  
tuale proximi: quando scilicet aliquis,  
vel verbo, vel facto inducit aliū ad pec-  
candum: in quo consistit peccatum scā-  
dali: est enim scandalum occasio ruinæ

L 3      spiri-

spiritualis proximi. Hoc autem dividitur in scandalum actuum, & passuum: actuum iterum potest esse duplex: alterum per se intentum, alterum non per se intentum. Primum est, cum quis facio, vel verbo inducit aliquem ad peccandum directe, & per se: alterum est cum quis aliquid facit, vel dicit sibi alioqui prohibitum, aduentus, quod alius ex hoc occasionem habebit peccandi, sed non facit ad hunc finem ut ille peccet, sed ad aliud finem. Et utrumque scandalum actuum, regulariter, est peccatum mortale, si materia sit grauis, & perfecta aduententia, & delibera-  
rio, & est contra Charitatem proximi. Scandalum passuum est, cum quis, praeter rationem, & ex sua malitia sumit occasione peccandi ex opere alterius, alioqui licito, & honesto: aut, si opus est illicitum, tamen non habet suffici-  
entem connexionem ex se cum scanda-  
lo alterius, verbi gratia, si quis ægrotus comedat carnes die Veneris: etiam si in  
hoc excederet aliquantulum regulare temperantiae, & aliis ex hoc sumeret  
occasione comedendi carnes ex sua  
malitia.

malitia. Item si mulier decenter ornata  
eat ad Sacrum. & alius ex hoc sumat oc-  
casionem peccandi , & desiderandi il-  
lam,&c.

21 Circa scandalum merè passuum  
hæc sunt obseruanda. Primum, si opus  
meum aliqui est mihi licitum, & honestum,  
& ego non possum illo priuari sine  
meo incommodo, aut præiudicio, aut  
aliqua difficultate alicuius momentis;  
non teneor ab illo abstinere, licet sequar-  
tur scandalum alterius: sed hoc eius pec-  
catum imputetur malitiæ illius. Secun-  
dum, si ego sine ullo præiudicio, aut in-  
commodo, & facile possum à tali operæ  
abstinere; teneor regulariter ex Chari-  
tate abstinere ad impediendum proxi-  
mi peccatum.

22 Quando aliquis ex alterius pec-  
cato potius excitatur ad odium illius  
peccati propter turpitudinem, quam vi-  
det in illo; non est peccatum scandali.  
Agunt de scando Fillisc. tom. 2. tr. 28.  
cap. 10. Suar. de Fide tract. 3. disput. 10. ini-  
cio. Vajq. opus sc. de scand. S. Tho. 2. 2. q. 43.